

diculum excitata per testudinem porrigantur, ea laxitate, quam ipsorum usus postulabit. Ceterum ad frontem aggeris ab inferiore muro rotundo, ad illum q̄ intrinsecus assurgit, altius excitabitur, quoad utrobiq; ad urbana mœnia p̄tēdatur. Porrò intra proximè finitam testudinē & educēta aggeris superficiem, interiecta capedo muro diligenter exædificabitur. Ad extremū & ratio & usus cum primis obseruandum præcipiunt, ne quam in vniuersum bombardam ex pugnaculis priùs dirigamus, aut eiaculemur in hostē quam apertioni ita inserita sit, ut præ muro os liberum exerat. Alioqui enim & humorum vis & tormenti crepus in stationem magno impetu reflexa, & reliquorum usum impe-dient, & operi, ipsiq; adeo qui missilia dirigit periculum afferent. Atque hoc pacto agger iste à nobis definitus sit, ac si qua erunt præterea, que tractationem de siderabunt, consulti artificis industrie expendenda cōmittemus. Plana illa sim-plexq; munitionis forma, quam suprà descripsimus, ob simplicem sui conuex-ámque faciē, & robur validius quibusuis iniuriis facilè perferendis sanè quam accommodata nobis videtur. Ceterum hoste nullo impetēte, vigentibusq; pacis officiis, tectoria operi testudinato hactenus superstruēda sunt, ut vrgente ne-cessitate aliāue usus ratione denuo postulante, facilè sit ipsa demoliri.

Quæ præceptionibus huc usque comprehendimus ea huiusmodi li-neamentorum conformatio[n]e duximus exprimenda: cuius media portio fundamētū planum siue depresso, su-prema operis assurgentis faciem à fronte, infima per lineamentum B.A.C. repræsentat ag-geris formam, quæ introrsum est.